UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dominica XXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

DOMINICA XXIX.

QVÆSTIO LXXVIII.

Num ergo panis & vinum fiunt Ipſum Corpus & Sanguis Chriſti?

RESP. † *Fiunt veriſſime ac realiter. Nam* vt aqua Baptiſmi in ſanguinem Chriſti non conuertitur, * *& tamen per eam* eſt ipſa peccatorum ablutio, † *non* ſymbolum tantum ac pignus earum rerum: quæ nobis in Baptiſmo * *conferuntur*: ita *etiam* panis Cœnæ Dominicæ *tranſubſtantiatus* eſt ipſũ Corpus Chriſti, * *ſicuti etiam* pro ratione ſacramentorum, & vſitata Spiritui Sancto de his loquendi forma, panis vere Corpus Chriſti appellatur *b*, *& eſt*.

† Nequaquam Verum * nec † ſed * obſignãtur *a*: * quanquam

a 1. Pet. 3. 21. *b* Gen. 17. 10. Exod. 12. 11. 12. Act. 22. 16.

b Gen. 17. 10. *Hoc eſt pactum meum, quod obſeruabitis.* Exod. 12. 11. *Sic Comedetis illum: Renes veſtros, &c. eſt enim Phaſe, id eſt tranſitus Domini.*

RESP. *b* Circumciſio, & Eſus agni erant ſignum ſolum ſignificans futura: At Sacramentum eſt ſignum & ſignificans gratiam præſentem, & eam in vſu realiter effectiue conferens. Non eſt inane elementum, vt iſtud ſequens extra Actionem.

Act. 22. 16. *Exurge, & baptizare, & Ablue peccata tua, inuocato Nomine ipſius:*

Scil. Verbo & Elemento *Ablue*; non ſolo Spiritu, & Sanguine Crucifixi per fidem cum memoria commemorato.

QVÆSTIO LXXIX.

Cur ergo Chriſtus panem tranſubſtantiatum *appellat ſuum Corpus, calicem vero ſuum Sanguinem ſeu nouum* † Teſtamentum *per ſuum Sanguinem? Paulus item panem & vinum, communionem corporis & ſanguinis Chriſti?*

† fœdus

RESP. Chriſtus non ſine graui cauſa ſic loquitur: videlicet non ſolum vt nos doceat, quemadmodum panis & vinum corporis vitam ſuſtentant [a]; ſic etiam crucifixum ſuum Corpus, & effuſum ſuum ſanguinem *ſub ſpeciebus*, vere eſſe animę noſtræ cibum ac potum, quo ad vitam æternam nutriatur [b]: verum multo magis, vt hoc viſibili * *Sacramento* ac pignore nobis certum faciat, nos non minus vere corporis & ſanguinis ſui, † *vi Sacramenti*, participes eſſe, quam * *ſacras iſtas ſpecies*, in eius memoriam, ore corporis percipimus [c]: tum etiam, quod eius paſſio & obedientia tam certo noſtra † *eſſe poſſit*, quam ſi ipſimet pro noſtris peccatis pœnas dediſſemus, & Deo ſatisfeciſſemus [d].

* ſigno † per operationem Spiritus Sancti. * ſacra iſta ſymbola † ſit,

a Pſal. 104. 14. 15. *b* Ioh. 6. 55. 49. 51. *c* In q. 71. *d* 1. Cor. 11. 26.

DOMINICA XXX.

QVÆSTIO LXXX.

Quid intereſt inter Cœnam Domini & Miſſam Papiſticam?

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN